Universitätsbibliothek Paderborn

# Sermones uenerabilis magistri Nicolai de blony decretoru[m] doctoris. capellani episcopi Bosnomensis. ualde deseruientes populo. sed et clero utcu[m]q[ue] docto eos digne legenti. predicanti. aut ...

**Nicolaus <de Plove>**

**Argentine, 22. XI. 1494 - 1495**

Dominica Letare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31214**

Visual Library

ꝙ diuersi diuersas hñt ꝯsciētias. Quidaꝫ enī hñt ꝯscientiā dilatatā. alij infirmā. alij ꝑturbatam seu lesam. alij cauteriatam seu signatā. Dilatatā ꝯsciam hñt illi q̄ nō ponderant nisi grauia pctā. ⁊ istoꝝ ꝯscia est sicut rethe hñs lata foramina. vbi nō cōprehendunt nisi magni pisces sed parui euadunt. Sic tales nō ponderāt ociosa verba vl' iuramenta vel mēdacia. nisi essent corā iudice. vel nisi grauiter offenderēt ꝓximuꝫ. Apud istos nulla sūt venialia. Mortalia vero raro nisi grossissima. q̄ clamore ꝓpli eis innotescunt. Alij hñt ꝯsciam infirmā ꝑ oppositū. q̄ nō solum magna sed etiā parua ⁊ minima grauit' ponderāt. ⁊ de nō pctō faciunt pctm̄. ⁊ hec ꝯscia freq̄nter a temptatione diaboli ꝓuenit. q̄ sic inducit hoīes ad ꝑplexitatē peccādi. Sicut legit' de quodā heremita. q̄ omnē feminā videns despiciebat ⁊ postea spuebat. cum tñ femina nō sit malū in se nisi male ꝯuersanti. Tales sunt etiā illi q̄ pectere caput in sabbato dicunt esse pctm̄. ⁊ tñ ducere fimū nō dicunt pctm̄ illo die. Alij sunt q̄ hñt ꝯscientiā ꝑturbatā vt sunt illi q̄ ꝓpter pctā cōmissa desperant. ꝯtra q̄rū ꝯsciam nihil ita efficax est sicut meditatio vulneꝝ xp̄i. vt dic̄ Bern̄. sup Can. ſmone. lxij. Alij sunt q̄ hñt ꝯsciam cauteriatā. vt sunt illi q̄ ponderant parua. sed de magnis nihil curāt sic pharisei fuerūt. colentes culicē. cameluꝫ autem glutiētes. Math. xxiij. hoc est obseruātes mīma. negligentes maxia. ſm ꝙ exponit Orige. ⁊ hi sunt veri hypocrite. vt dic̄ Apl's. j. Thim. iiij. In nouissimis inq̄t diebꝫ exurgēt q̄dā cauteriatā hñtes ꝯscientiā. Glo. ra. i. corruptam cū errore doctrine. q̄ꝫ culpe q̄ꝫ etiaꝫ ꝯcupiscētie. Isti sunt signati cauterio diaboli. de q̄ Apoc. xiij. Isti omēs hñt ꝯsciam erroneā. ⁊ ita domū male fundataꝫ. peius edificatā. ⁊ pessime ornatā imo deformatā.

F Sed di. vnde ꝓuenit iste error ꝯscientie. R̄ndeo ꝙ ex octo causis. Primo ex ignorātia. qñ hō nescit q̄d eligendū sit vel quid declinandū. De h̄ dr̄. ij. Paral'. xx. Cū ignoramus q̄d agere debeam⁹ hoc solum habem⁹ residui vt oculos nr̄os dirigam⁹ ad te. Scd̄o ex negligētia. vt cum q̄s negligit ꝯsciam excutere. vel si nescit se expedire ⁊ negligit. tunc enī ab alijs querere debet. Tertio ex sugbia vt qñ q̄s ñ humiliat intellectū suū. vt scꝫ melioriбꝫ ⁊ sapientioribus se velit credere. Contra q̄s Apl'us captiuantes omnē intellectū in obsequiū fidei. Hoc est dicere. ꝙ in credēdis plus debet hō ꝯsentire fidei q̄ꝫ sibi. ⁊ in agēdis pl⁹ alijs q̄ꝫ sibi. Quarto ex singularitate q̄ homo sensum sequēs ꝓprium non ꝯformat se alijs. nec sequit' vias cōmunes bonoꝝ. Nume. xi. Extrema castroꝝ cōsumpsit ignis. Quinto ex affectu inordinato. q̄ sepe cōscientiā inclinat ad illud qđ hō tunc appetit. ⁊ sic facit eū a sua rectitudīe deuiare. Seneca. Perit oīe iudiciū cū res venerit in affectū. Sexto ex pusillanimitate q̄ quis timet nō timenda ſm rectū iudiciū ratiōis. Isa. xxxv. Pusillanimes ꝯfortamini. Septimo ex ꝑplexitate. qñ se hō credit inter duo pctā positū esse. q̄rū alterū est impossibile declinare. ꝑplexitas tamē nihil est nisi simplicitas in se. pōt tñ aliq̄s esse ꝑplexus ſm quid. scꝫ ſm erroneā ꝯsciam. q̄ deposita erit liberat⁹. Octauo ex hūilitate ⁊ cordis puritate. Vñ Grego. Bonaꝝ mentiū est ibi culpas agnoscere vbi minime reperitur. Primis septē modis error est reprehensibilis. octauo vero modo est cōmēdabilis. nec error dici potest. sed humilis suorum defectuū cognitio. dūmodo nō sit nimia. Preter omēs istas est ꝯscientia bona q̄ est in fide vera ⁊ caritate non ficta. De q̄ dicit Hugo lib. ij. de aīa ca. ix. Tranquilla ꝯscientia est q̄ est omibꝫ dulcis. nulli grauis. vtens ad grām amico ⁊ inimico ad patientiā. cunctis ad beniuolentiā. quibꝫ potest ad beneficia. cui nec deus sua pctā imputat. quia nō fecit. nec aliena. q² nō approbauit. nec negligentiā. quia non tacuit. nec sugbiaꝫ. quia in humilitate ꝑmansit. Hec ille. Istam ergo ꝯscientiā studeam⁹ seruare vt in ea quiescentes ꝑ gratiā. tandē possimus gaudere ꝑ gloriā. Qđ nobis ⁊c̄.

## Dominica Letare. I.
## Sermo LII.

E St puer unus hic. q̄ habet q̄nq̄ꝫ panes ordeaceos ⁊ duos pisces Joh. vj. Sicut dicit Aug. in li. Soliloquioꝝ c. xij loquēs ad deum in ꝑsona totius generis humani in hec verba. Scio domine deus ⁊ hoc confiteor. q̄a vbicūq̄ꝫ sum sine te. male est mihi ꝓpter te. non solū extra me sꝫ etiā intra me. q̄a omis copia que nō ē de⁹ me⁹.

mihi eſt inopia ꝛ egeſtas. ꝛ ſubdit. Ex quo dñe
Ex quo a bonitate tua vnica ꝛ ſūma tpali/
um rerū multiformitas ꝑ carnales ſenſus
lapſum nature nr̄e deſubſtātiauit ſeu de/
formauit. ꝛ dū multa ab vno diuiſit. facta
eſt habūdantia laborioſa ꝛ egeſtas copio/
ſa. dū aliud ꝛ aliud ſeq̄bar ꝛ a nullo imple/
bar. dū te nō amplectebar incōmutabilē ꝛ
ſingularē ꝛ indiuiſuz. quē ſecutꝰ non erro.
quē ꝯſecutꝰ nō doleo. quē poſſidens ſatiat̄
totū deſideriū meū. Hec Aug. Vult dice
re Aug. q̄ ſicut fuit de ipſo ſic ante aduētuz
xp̄i hūanū genus non potuit in aliq̄ bono
creato ſatiari. Vn̄ licet habuerit tūc mul/
tiplices delectatiōes. in creaturis celeſtibꝫ
terreſtribꝫ. aq̄ticis. ꝛ alias ꝯſolatiōes mul/
tipliciter exq̄ſitas. oēs tñ ille nō potue/
runt ſatiare deſideriū generꝭ hūani donec
veniret filius dei. Quia vt dicit ꝓpha. Deſi
deriū pauperū exaudiuit dñs. ꝛ iteꝝ in alio
Deſideriū aīe eiꝰ tribuiſti ei. nō vtiq3 de/
ſideriū carnis aut ꝯcupiſc voluptatis. ſed
aīe ꝛ ſpūs. Iſte ḡ dñs veniēs repleuit de
ſideriū aīe nr̄e. q2 ſatiauit aīam inanē. ꝛ
aīam eſurientē ſatiauit bonis. Bonis vti/
q3 celeſtibꝫ ꝛ gratuitis. Hoc ſignare voluit
ſaluator nr̄ ſatiādo iſtā turbā. de q̄ in euā/
gelio. quā q̄dē q̄nq3 panibꝫ ordeaceis ita ꝑ
fecte ſaturauit vt inſup. xij. cophini rema/
nerent. ſignificās vtiq3 q2 ipſe copioſe ꝛ ha
bundāter oībꝫ eſcā aīe adminiſtrat. Iaco. j.
Dat oībꝫ affluenter. De q̄ quidē ſatiatōne
loquit̄ nr̄m thema. deſcribens panes ꝛ pi/
ſces q̄bꝫ xp̄s ſatiauit turbā illā vnde erāt.
q2 a quodā puero. de quo dr̄. Eſt puer vnꝰ
hic q̄ habet ꝛc. In q̄bus verb̄ deſcribūtur
tria hoc ſacro tp̄e cuilibet xp̄ifideli neceſſa
ria. Primo q̄dē deſcribit̄ innocentie puri/
tas cū dr̄. Eſt puer vnꝰ hic. Scd̄o pn̄ie au
ſteritas. cū addit̄. qui habet q̄nq3 panes or
deaceos. Tertio cōſolatiōis iocūditas. cū
ſubditur. ꝛ duos piſces. Iſta ſunt q̄ h̄ tp̄e
maxime peccatoribꝫ ſunt poſt remiſſionē
pctōrum multū neceſſaria.

A

Dixi pmo q̄ in v̄bis premiſ
ſis deſcribit̄ ino/
centie puritas xp̄ifidelibꝫ poſt remiſſionē
neceſſaria. Sicut eñ dicit Hiero. ſcd̄a ta
bula poſt naufragiū eſt pn̄ia ꝑ quā hō re/
uertit̄ ad innocētiā baptiſmalē. q̄ q2 maxi
me iſto ſacro tp̄e oībꝫ digne penitētibꝫ reſti
tuta ē. ideo maxīe debēt eſſe cauti ꝛ ſollicit
ne eis quoq̄ modo auferat̄. Vn̄ Pſ. amo/
nens oēs tales q̄bꝫ reſtituta ē innocentia.
dicit. Cuſtodi innocētiā ꝛ vide equitatem.
Dicit glo. Cuſtodi innocētiā ne ſcz extor/
queat̄ a te. Iuxta illud Apoc. iij. Tene q̄d
habes ne alius accipiat coronā tuā. Et vi
de equitatē ſm̄ Innoc. i. fide ne facias ali/
q̄d niſi equū. Et in his v̄bis tangunt̄ due
partes iuſticie generalis. q̄bꝫ ſe hō habz er
ga deū debite ꝛ pximū. Vn̄ quo ad deū di
cit. Cuſtodi innocentiā. Quo ad pximū et
vide equitatē. vt ſcz nō facias alijs q̄d tibi
nō vis fieri. q̄m ſunt reliquie hoī pacifico
id ē. q̄m dñs reliq̄t hec duo. ſcz innocētiā
ꝛ equitatē q̄ſi in teſtamēto pacꝭ. Eccl. xlv.
Statuit ei teſtamētuz pacis. ꝛ Ioh. xiiij.
Pacē meā do vobis. In pace aūt ꝯcurrūt
hec duo ſcz innocētia q̄ nulli noceamꝰ. ꝛ eq̄
tas qua cūctis vt equū eſt ſubueniamꝰ. Cu
ſtodi ḡ innocentiā. vt nulli malū inferas. ꝛ
vide equitatē vt oībꝫ bona facias. q̄d ē eſſe
pacificū. Vn̄ Tulliꝰ. Primū fundamētuz
iuſticie eſt ne cui noceas. deinde vt cōi vti/
litati deſeruias. Iſtā innocētiā etiā deſcri
bens idē Pſ. ait pſ. xxxiij. Diuerte a malo
ꝛ fac bonū. inq̄re pacē ꝛ pſequere eā. Expo
nit hic latius partes iuſticie ſeu innocētie.
Primo eñ ad puritatē innocētie ptinet co
hibere manū ab ope malo. iō dicit. diuerte
a malo. quia in via huiꝰ vite occurrūt ſepe
peius ꝛ malū. ꝛ ab vtroq3 diuertendū eſt.
Sed diceres q̄re nō dicit potꝰ reſiſte a
malo. Rn̄. ſm̄ Inno. q̄ iō. q2 nos ſumꝰ de
biles. modo vbi nō ē fortitudo. ꝯſilio vtē
dū eſt. Prouer. xxiiij. Vir ſapiens fortiſ ē.
ꝛ vir doctus robuſtꝰ ꝛ validus. q2 cum di/
ſpoſitiōe itur ad bellū. ꝛ erit ſalus vbi mul
ta ſūt ꝯſilia. Scd̄o ad puritatē innocētie ꝑ
tinet promptitudo ad bene agendū. vñ ad
dit. Et fac bonū. nō eñ ſufficit diuertere a
malo niſi iſtud ſequatur. ſcz facere bonū.
Hoc debent penſare penitentes hodie. vt
nō credāt eis ſufficere ſi iam caueant a ma
lo de q̄ penitent. niſi etiā bonis opibꝫ. ele
moſynis et oronibꝫ et ieiunijs intendant.
Tertio ad puritatē innocētie req̄rit̄ inq̄
ſitio pacis ad deū ꝛ ad pximū. ne ſi q̄s iniu
riam fecerit primo incidat in manus dñi
ꝛ ideo addit̄. inquire pacē. ſm̄ Innoc. i. in
quire quō pacē habeas cū deo ꝛ primo
cū teipſo Rom. xij. Cū oībꝫ pacem hn̄tes ꝛ
cū inq̄ſieris pſeq̄re eā. i. pfecte ſeq̄re eam

Neceſſaria enĩ eſt diligẽtia in ingrendo. et
ideo dicit nõ tm̃ querere ſed ingre. i. intente
q̃re. Itẽ neceſſaria eſt pſeuerãtia in ſequen
do pacẽ. ⁊ ideo dicit nõ tm̃ ſeq̃re ſed pſeq̃/
re. i. pſeuerãter ſeq̃re Math. x. Qui pſe/
uerauerit vſq3 in finez hic ſaluus erit. Uel
dicit ingre. i. interi⁹ q̃re pacem in cõſciẽtia.
q̃a exterius nõ eſt niſi bellũ ⁊ turbatio. Jo
han. xvi. In mũdo preſſurã habebitis. i me
aũt pacem. Eccs. j. Uidi cũcta que ſub ſo
le erant. ⁊ ecce vniuerſa vanitas ⁊ afflictio
ſpirit⁹. q̃a cor ſemp vult ad exteriora vaga
ri. Unde cõquerit̃ Ps. Cor meũ dereliq̃t
me. ⁊ ideo bene addit pſeq̃re eam q̃ſi fugi/
entem Heb. xij. Pacẽ ſeq̃mini cũ omibus.
Ex pmiſſis colligit̃ q̄ innocẽtia xpiana cõ
ſiſtit in trib⁹. ſcz in abſtinẽtia a malo. Se/
cũdo in exercitatione in bono. Tertio in
pſeuerãtia vtriuſq3. Et hec tria req̃runt a/
lia tria. Nã abſtinentia a malo requirit bo
nam voluntatẽ ⁊ rectã que ſemp ad bonũ
tendit. ⁊ nõ flectitur ad malũ. Als nõ eſſet
recta. Exercitatio in bono req̃rit puritatẽ
oparationis. vt opus noſtrũ nõ ſit pmixtum
aliq̃ macula. Perſeuerãtia vero in vtroq3
req̃rit cõſtantiam. vt homo nũq3 recedat a
bono. Hec tria tangunt̃ Ps. xvij. vbi dici
tur. Et retribuet mihi dñs ſcḋm iuſticiã me
am. ⁊ ſcḋm puritatẽ manuũ mearũ retribu/
et mihi. Quia cuſtodiui vias dñi nec ipie
geſſi a deo meo. Ecce iſta tria. Nã bonam
voluntatẽ tangit. cũ dicit. Et retribuet mi
hi dñs ſcḋm iuſticiã meã. Bonã oparationem
tangit. cũ dicit. ⁊ ſcḋm puritatẽ manuũ mea
rũ. Perſeuerantiaz tangit. cũ addit. Quia
cuſtodiui vias dñi. Eſt g̃ ſenſus. Retribu
et mihi dñs ſcḋm iuſticiã meã. Innoc. expo/
nit. i. ſcḋm bonã voluntatẽ meã. Anſelm⁹ di/
cit. Quia iuſticia eſt rectitudo volũtatis pro/
pter ſe ſeruata Et ſcḋm puritatẽ manuũ me
arũ retribuet mihi. Puritas manuũ. i ope
rũ. Ubi ſciendũ q̄ opus dr̃ impurũ ratiõe
carnalis affectionis Jſa. j. Man⁹ vr̃e ple/
ne ſunt ſanguine. Itẽ cũ fit ꝓpter mũdi cõ/
cupiſcentiam Hiere. vi. Ut q̃d mihi thus
de ſaba affertis. ⁊ calamũ ſuaue olentẽ de
terra longinqua. Et etiã cũ fit cauſa inaniſ
glĩe Math. vj. Attendite ne iuſticiã vr̃am
corã hominib⁹ faciatis. vt videamini ab eis.
Alioq̃n mercedẽ nõ habebitis. Unde Greg.
Uecordia magna eſt magnum agere ⁊ lau
di inhiare. q̃a vnde celum mercari potuit
inde numũ tranſitoriũ ſermonis q̃rit. Ul/
timo addit de pſeuerãtia q̄ cuſtodiui vi/
as dñi. Uie dñi ſunt opa vel viuendi ordi
nes. Itẽ vie dñi ſunt pcepta ⁊ phibitiões
p q̄ne itur ad deuz Math. xix. Si vis ad
vitã ingredi ſerua mãdata dei. Ps. Uiam
mandatoꝝ tuoꝝ cucurri. Et bene dicit. cu
ſtodiui. nõ ſolũ ambulaui. Quia multe ſunt
inſidie ⁊ laquei i his vijs. Ps. In via hac
q̃ ambulabã abſconderũt ſupbi laqueum
mihi. Jõ dicit Hiere. vi. State ſup vias
vr̃as ⁊ videte. ⁊ interrogate de ſemitis anti
quis q̃ ſit via bona. nec poſtea impie geſſi
a deo meo recedẽdo Joh. vi. Dñe ad quẽ
ibimus. vba vite eterne habes. Aug. in li.
ɔfeſ. Dñe ſi vis vt fugiã a te. da mihi alte/
rũ te. vt a te fugiã ad te. a te iuſto. ad te mi/
ſericordẽ. hec eſt g̃ puritas quã neceſſe ẽ cu
ſtodire cuilibet penitenti. ¶ B

Dixi ſecũdo q̄ in vbis pmiſ/
ſis deſcribit̃ pe/
nitentie auſteritas. cum dr̃. habet q̃nq3 pa/
nes ordeaceos. Recte aũt pnĩa cõparatur
pani ordeaceo. Tum q2 dura. tum q2 aſpe
ra. tum q2 pungitiua eſt. Grauis enĩ videt̃
oib⁹ incipientib⁹ ⁊ nõdũ aſſuetis. Unde Jſa.
xxx. Dabit tibi dñs panẽ artũ ⁊ aquã bre/
uem. Sed certe ſi hõ incipit penſare g̃ui/
tatẽ ſue culpe ⁊ aſperitatẽ iehenne future.
dulceſcet ei ſine dubio iſte panis Nã vt dr̃
Prouer. xxvij. Anĩa eſuriens etiã amarũ
p dulci ſumet. Talis fuit dauid q̃ de ſe ait
Cinerẽ inq̃t tanq3 panẽ manducabã. Unde
aũt ꝓuenit iſta auſteritas ⁊ proſperitas in
pctõre. ita q̄ pnĩa videt̃ ſibi panis nõ triti/
ceus ſed ordeaceus. videam⁹ breuit̃. Dic
aũt dr̃ in vbis thematis. panes iſti ordea/
cei erãt nũero q̃nq3. ad ſignificãdũ q̄ pnĩa
habet q̃nq3 g̃uia impedimẽta q̃ amaricant
homi pnĩam. ꝓpter q̃ q̃nq3 videt̃ pnĩa eis
multũ auſtera ⁊ dura. Primũ impedimen
tũ ẽ pudor ꝓpalandi ſeu reuelandi. Secũm
timor recidiuãdi. Tertiũ ardor delectãdi.
Quartũ torpor pſtolandi. Et q̃ntũ deſpe/
ratio veniã obtinẽdi. Primuz igit̃ q̃d facit
auſteritatẽ pnĩe ẽ pudor ꝓpalandi ſeu reue
landi pctm̃. Qui obuiat oib⁹ penitere volẽ
tib⁹ ⁊ maxĩe hypocritis ⁊ ſupbis q̃ volunt
apparere hoib⁹ deforis ſani ⁊ pulchri. cum
tñ ſint int⁹ fetidi. Pudẽt enĩ ⁊ ɔfundũtur
reuelare hoi q̃d ſoli deo notũ ẽ. Et h̃ ei ſu/
ſpect⁹ habebor ⁊ videbor et q̃ſi nulli⁹ eſti/

Quinque ſunt propter que hodie penitentia [illegible] videtur



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mationis reputabor. q̇ tñ. pri⁹ videbar ho
minib⁹ pudicus. caſtus. ſobrius. humilis.
⁊ quietus. Ecce quõ aſper ⁊ amar⁹ ē iſte pa
nis p̄mus volenti penitere. Sed certe mi
rū eſt ꝙ diabolus aufert homī pudorē. cū
autē vult penitere tūc ingerit ſibi eundē.
Vñ q̇dã ſctūs vidit diabolū in eccl'ia cum
hoīes voluerūt ꝯfiteri diſcurrere ad quē/
libet. ⁊ cuilibet volēti in faciē inſufflari. Et
adiurat⁹ q̇d faceret. Rñdit. Reddo q̇d ab
ſtuli. Reddo enī eis mō in ꝯfeſſione pudo
rem cū volunt ꝯfiteri quē eis abſtulerã cū
voluerīt peccare. Cõtra hunc pudorē ē tri/
plex medicina. Prima. ſ. ꝯſideratio rõnis
naturalis Si enī nõ erubuiſti facere qḋ
inhoneſtum ⁊ inutile fuit. non debes eru
beſcere ꝯfiteri. qḋ honeſtū ⁊ vtile ē. Vnḋ
Bern. dicit. O inſania nimia hoīm. pudet
ablui. et nõ pudet coinq̄nari. pudet ſordes
abſtergere. ⁊ nõ pudet ꝯtrahere. Abſtergit
caliga. ⁊ ꝯtemnit ablui aīa. Scḋa medici/
na ē virt⁹ diuine intuitiõis cui nihil celare
potes etiã minimã cogitationē. Heb. iiij.
Oĩa nuda et apta ſunt ocul' ei⁹. Et Boe
cius. v. de ꝯſola. in fine dicit. Cū oīa agim⁹
ante oculos iudic' cuncta cernētis. Ad q̇d
ḡ illi erubeſcis cõfiteri q̇ hoc nouit anteꝗ̃
factū eēt. Tertia medicina ē reuelatio fu/
ture ꝯfuſiõis Naum. iij. Reuelabo pudē/
da tua ⁊ oñdã gentib⁹ nuditatē tuã et re/
gnis ignominiã tuã. Hiere. xx. Cõfunden
tur vehement' q̄ nõ intellexerūt obprobri
um ſempit'nū. qḋ nūꝗ̃ delebit' Sopho. i.
Scrutabor hierl'm in lucernis. ⁊ viſitabo
ſup viros defixos in fecib⁹ ſuis. Eccli. iiij.
Eſt ꝯfuſio adducēs ignominiã. ⁊ ē ꝯfuſio
adducēs gl'iam. Bona ꝯfuſio ſm Aug⁹. in
pñti q̇ hõ erubeſcit h̄ pctã vt in futuro nõ
erubeſcat. Sic ḡ p̄z de p̄mo pane ordea/
ceo. Scḋs panis ordeace⁹ ſiue ſcḋm impe
dimentū agēde pnīe qḋ amaricat hoī peni
tentiã eſt timor recidiuãdi. ⁊ iſte multos re
trahit. q̄ q̇dã timent ꝙ nõ poſſint a pctīs
abſtinere. de q̇b⁹ ꝓponunt penitere. vel q̇a
nõ pñt ferre pniam eis iniunctã. Dicūt ei.
Ad q̇d vis penitere hodie cū cras in idem
redibis. Cõtra h̄ impedimētū ē triplex re/
mediū. q̇d dulcorat iſtū panē ordeaceum.
Primū ē ꝯſideratio pene pñtis. q̄ modici
tas. Scḋm eiuſdē leuitas. Tertium tp̄is
momētanea breuitas. Cū ecõuerſo intuet'
future pene magnitudo incõparabil'. acer/
bitas intolerabil'. eternitas intermiabilis
De q̇b⁹ omib⁹ Mat. xxv. Ite maledicti in
ignē eternū. Vñ Job. vi. dicit'. Qui timet
pruinã. i. penã tp̄alē. irruet ſup eū nix ma/
gna. Igit' alleuiatio ⁊ dulcoratio pnīe ē re
cogitatio futuroꝝ ſuppliciorꝝ. De q̇b⁹ Iſa.
xxxiij. Quis poterit habitare cum igne de
uorãte. ⁊ q̇s habitabit cū ardorib⁹ ſempit'/
nis. Ecce ſcḋs panis ordeaceus. Tertius
panis ſeu tertiū impedimētū agende pnīe
eſt ardor delectandi. q̇ diabolus pſuadet
homi di. Recollige hõ miſer delectationē
in q̄ verſaris. et vide ꝙ ſine ea nõ poſſis du
cere vitã tuã. Sed certe ꝯtra h̄ eſt facil' me
dicina. Recordari videlicet q̄ momētane
um ē qḋ delectat. ſ; eternū q̇d cruciat. vt di
cit Gre. Aliud remediū ē recordari ſ̄bil'/
lius q̇d dic̄ Apl's. Oĩa poſſū i eo q̇ me
ꝯfortat. Nõ ſolum ḡ talē delectationē poſ/
ſibile ē vitare ſ; etiã qualēcunꝗ̃ maiorem.
Quia vt dic̄ ſaluator. Oĩa poſſibilia ſunt
credēti. ⁊ maxīe q̄ nõ pmittit de⁹ temptari
nos ſup̄ id qḋ poſſum⁹ ſuſtinere. Quart⁹
panis ordeaceus ſeu q̄rtū impedimētum
agēde pnīe ē torpor p̄ſtolandi. q̇ orit' ex du
plici p̄ſumptiõe. vi; ex p̄ſumptiõe vite pli
xe ⁊ final' venie. Vere maxia difficultas et
aſperitas iſti⁹ panis q̄n pctõr ſibi blandit'
vitã longã ⁊ largã dei ꝓpiciationē. S; ꝯtra
h̄ eſt remediū illud Aug⁹. Qui tibi veniã
ſpopondit diē craſtinã non pmiſit. ne tar/
des ḡ conuerti ad dñm Ecci. v. Quia bre/
ues dies hoīs ſunt Job. xiiij. Quint' pa/
nis ordeaceus ſeu q̄ntū impedimētū agen
de pnīe ē deſperatio veniã obtinēdi. Hec
inducūt tria. Primo ꝯſideratio q̄ntitatis
pcti. ſicut Cayn Geñ. iiij. Maior ē iniqui/
tas mea ꝗ̃ vt veniã merear. S; ꝯtra h̄ eſt
paſſio xp̄i. quã ſi q̇s ꝯſideret. nõ p̄t h̄re tan
ta pctã q̇ p eius paſſionē nõ poſſent expia/
ri. vt dicit Berñ. Quia vt dr̄ in Ps. Nõ ſo
lum ſufficiēs. ſ; copioſa apud deū eſt rede/
ptio. Scḋo deſperationē inducit frequēs
caſus recidiuatiõis. Cogitat enī pctõr et
deſperat. di. Ad q̇d penitebo. cum hodie
faciã ⁊ cras cadã. S; cõtra h̄ habet' reme
diū qḋ dulcorat iſtum panē. illud dictū ſal
uatoris Math. xviij. Nõ dico tibi vſꝗ̃ ſe
pties. ſ; vſꝗ̃ ſeptuagies ſepties. Vñ tp̄ē
ſicut medic⁹ q̇ nouit centies infirmū cura
re recidiuantē. ſicut dic̄ Aug. de pe. di. i. in
. §. Itē ꝙ freq̄nter. ⁊ ca. ſequēti. Tertio de/

ſperationē inducit ꝯſideratio diuturnitatis. ꝑ quā ſibi hō dicit. tantū inueterat⁹ ſū in h̄ pctō ꝛ tādiu in eo ſteti ꝙ nunq̄ꝫ magis miſcdiam obtinebo. ꝛ iō nō ꝯfitebor. Sꝫ ꝯtra h̄ eſt illud qḋ dr̄ i Pſ. Miſericordia dn̄i ab eterno ꝛ vſqꝫ in eternū. ſup timētes eū. Et Ezech. xviij. Quacūqꝫ hora ingemuerit pctōr. de pe. di. iij. Adhuc inſtāt. Vnḋ Leo pap. Miſcdie domini nec menſuras poſſum⁹ ponere nec tpa diffinire. Ecce q̄ꝫ auſteri panes ordeacei ſunt iſta q̄nqꝫ impedimēta penitentib. q̄ tn̄ ſi bene maſticati fuerint faciles ꝛ dulces ſunt ad māducandū ex gr̄a diuina. q̄ vnicuiqꝫ hodie pſto eſt Et ideo nulli ē dubitandū ꝙ ſi velit volūtatem apponere ꝓpriā. oīa erunt ſibi facilia qꝛ mentiri nō pōt q̄ dixit. Jugū eni meum ſuaue ē. ꝛ onus meū leue Math. xj. ¶ C

¶ Dixi tertio ꝙ in ṽbis ꝓmiſſis deſcribit penitētiū ꝯſolatiōis iocūditas. cum dr̄. Et duos piſces. Licet nāqꝫ penitētib aliq̄ videnẗ aſpera auſtera ꝛ amara ex vna parte. tn̄ ex alia multa ſunt delectabilia ꝛ iocūda. q̄ ita facilitant ꝛ leuigāt onus pn̄ie ꝙ nō videtur homo in aliq̄ grauari. Sūt autē iſta duo. ſcꝫ amor ꝛ ſpes. q̄ſi duo piſces dulces. Amor eni eſt piſcis ita dulcis ꝙ q̄ guſtat de eo nō ſentit oēs tribulatiōes ꝛ amaritudīes h⁹ ſeculi ꝛ oēs difficultates pn̄ie. ꝛ oīa q̄cūqꝫ ſibi occurrerint in bonū ꝯuertit. Vn̄ Roma. viij. dr̄ Scim⁹ qm̄ diligentib deū oīa coopanẗ in bonū. Et enumerat ibi apl'us multa genera penaꝝ. paſſionū ꝛ tormētoꝝ. que oīa penitēti ſunt dulcia. ꝓpter amorez quē hꝫ. Dicit eni ibi. Quis nos ſeparabit a caritate xpi. q. d. nullus. nec aliq̄ tribulatio pn̄ie. eo ꝙ ſola pctā diuidūt inter nos ꝛ deū nr̄m Jſa. lix. Quis ḡ ſepabit nos a caritate dei. An tribulatio. ſ. corpis afflictio. que fit in pn̄ia. certe nō. qꝛ q̄liſcūqꝫ ſit pena penitentꝫ ipe ſemp dicit. Si bona ſuſcepimus de manu dn̄i. mala aūt q̄re nō ſuſtineamus Job. ij. Querit vltra. An anguſtia. i. anxietas mētis. Sicut ſuſanna dixit. Anguſtie ſunt mihi vndiqꝫ Dan̄. xiij. q. d. non. Nec anguſtia. i. triſticia poterit nob nocere dūmodo fiduciā cor nr̄m habeat ad deum. Vn̄ dr̄ Dan̄. xiij. Querit vltra. An pſecutio. ꝛ certe nō. qꝛ dauid multas pſecutiones paſſus eſt a ſaule. que ſibi nihil nocuerunt vt ptꝫ. j. Reg. ꝑ totum. Querit vltra.

An fames. i. penuria cibi. que iniūgiẗ communiter penitenti. ꝛ certe nihil nocebit. qꝛ amor dei in homīe oīa iſta ſuffert. ꝛ ꝓ dulcedine interiori nō facit ſentire famē. ſicut patuit in helia ꝛ moyſe. q̄ vltra humanam eſtimationē ieiunauerūt. ꝛ tn̄ ita alacres ꝛ leti fuerunt ac ſi delicatis cibis paſcerenẗ Et idē patet de Daniele expſſe ꝛ ſocijs ei⁹. q̄ ſolis leguminib vtentes ꝛ cibos regios ſpernētes. valde alacres ꝛ formoſi videbātur. ſicut ptꝫ Dan̄. j. Querit vltra. An nuditas. i. penuria veſtiū. ꝛ certe iterꝫ nihil nocet. Quia iohēs portabat veſtimētū de pilis cameloꝝ. et tn̄ fuit maxime cōmendat⁹ Math. xi. Querit vltra. An piculū. ꝛ certe nō. qꝛ paulus in multꝫ pericul' erat. ꝛ tn̄ in omib let⁹ fuit. vt dr̄. ij. Cor. xi. Querit vltra. An gladius. ꝛ certe nō. qꝛ multi martyres lapidati ſunt. ſecti ſunt. in ore gladij occiſi ſunt. ꝛ tn̄ omia vicerūt ꝑ fidē ꝛ amorez xpi. vt diciẗ Heb. xi. Propter qḋ concludit apl's Rom. viij. Ṡ in his omib poſiti ſuperam⁹. i. vincim⁹ ꝓpter eū. i. ꝑ ṽtutē ꝛ amorem ei⁹ qui dilexit nos. Ecce q̄nta iocūditas ꝯſolationis cuilibet vere penitēti puenit ex amore dei. quēꝫ neqꝫ mors neqꝫ aliq̄ creatura pōt ſeparare a deo. ꝛ ꝑ ꝯſequens nulla tribulatio vel ſuſtinētia corpalis vel mentalis pōt eſſe ſibi difficilis vel amara. ſi vere diliget deuꝫ. Quia vt dicit Hiero. Amanti nihil ē difficile. Hinc diciẗ in Pſ. Gloriabunẗ in te oēs qui diligūt nomē tuum. nō dicit. Triſtabunẗ Vn̄ Bern̄. de. xij. gradib hūilitatis. O q̄ꝫ dulcis et ſuauis ē cibus caritas. q̄ feſſos alleuiat. debiles roborat. meſtos letificat. iugūqꝫ veritatis facit ſuaue ꝛ onus leue. Hec ille. Scḋus piſcis dulcorās auſteritatē pn̄ie et leuigans oēs tribulatiōes pn̄tis vite eſt ſpes ꝛ certitudo auxilij diuini in oīb aduerſitatib ex certa expectatione futuroꝝ gaudioꝝ pueniens. Vn̄ ſm̄ mgr̄m ſniaꝝ li. iij. Spes ē certa expectatio future beatitudinis ex di gr̄a ꝛ meritis pueniens. Quiſq̄s ḡ aſperitate pn̄ie ſe grauari ſentit. recurrat ad ſpē ꝛ omia leuia inueniet. omia dulcia eſtimabit. Nā ſicut amor omia lenit in hoīe eo ꝙ vt dictū eſt. Amanti nihil eſt difficile. ſic et ſperanti. Vn̄ Jſa. xl. diciẗ. Qui ſperant in dn̄o mutabunt fortitudinē. aſſument ſibi pennas ꝛ volabunt ꝛ non deficient. Hinc Bern̄. ſup illud Pſ. xc. Quoniā tu es dn̄e

ſpes mea. dicit. Si ſeuiat mundus. ſi fremat malignus. ſi caro ↄcupiſcat aduerſus ſpiritū. ſi exurgat aduerſum me plius. in h̄ ego ſperabo in te. Iſti aūt duo piſces ſic ſe hñt ꝙ vnus ſcꝫ amoꝛ capit in aqua dulci ſcꝫ caritatis. q̄ dulcioꝛ eſt ſup mel ꝛ fauum. Iuxta illud. Spūs meus ſup mel dulcis. Spes vero capit in aq̄ amara. eo ꝙ nō pt eſſe ſine meritis hūanis. q̄ vtiqꝫ cū difficultate ꝛ amaritudine ꝑueniūt. virtus enī eſt circa difficile. vt dr. ij. Ethi. Vñ qui ſperare vellet p̄miū ſine meritis p̄ſumptuoſus eēt Et ideo iſte piſcis eſt ex aq̄ amara. Amoꝛ aūt eſt ex aq̄ oīno dulci. Quia amoꝛ n̄ ponderat merita. vt dicit Gre. in omel. de maria magdalena. Audax enī et intrepid⁹ irruit ad p̄ntiā maieſtatis. Et bñ iſti duo piſces ↄiungunt. Sicut enī in cōuiuijs magnatoꝝ apponūtur diuerſis diuerſa. ꝛ nūc piſces recentes ꝛ dulces. nunc vero ſalliti. vt q̄ nō pōt guſtare de iſtis guſtet ſaltē de illis. Sic in cōuiuio xpi p̄ntis vite apponūtur iſta duo. vt q̄ nō audet accedere audacter ad p̄ntiam diuine maieſtatis. vtpote puſillus in amoꝛe ſicut ē incipiēs. ſaltē ſperet de dei grã. ꝛ meritꝭ ſuis q̄libus talib⁹. ꝛ ſic nihilomin⁹ reficiat pane p̄ntis h̄ ꝑ gr̄am vt in futuro poſſit refici pane eterne ↄſolationis ꝑ gloriā. Ad quam nos ꝛc.

## Dñica Letare. II. Sermo. LIII.

**Accepit ieſus panes.** ꝛ cū gratias egiſſet diſtribuit diſcumbentib⁹ Joh. vj. ca. Sicut dicit beat⁹ Aug. in li. lxxxiij. queſtionū. Debem⁹ deo illud attribuere vt cū fateamur aliq̄d poſſe qd̄ nos fateamur inueſtigare nō poſſe. In reb⁹ enī mirabilib⁹ tota ratio faciendi ē potentia facientꝭ. Vult dicere Aug. ꝙ deus multa facit ꝛ pōt facere. quoꝝ ratonē nos neſcim⁹ aſſignare. Vñ ſm ipm. Si q̄ritur q̄re de⁹ aliq̄d facit ſup naturā ↄtra naturā vel p̄ter naturā. Quare tam mirabilia tā incōp̄henſibilia tam inſolita tā inuſitata fecerit. nō pōt alia ratio melioꝛ reddi niſi qꝛ ita ſue potentie placuit. Ideo ḡ talia facit qꝛ pōt. Et qꝛ diſtributio q̄nqꝫ panū q̄nqꝫ milib⁹ hoim ꝑ xpm facta ad ſatietatē fuit opus a ſeculo inauditū. ꝛ ideo ſtupendū ꝛ mirabile. ideo vere ꝓbauit xpm eſſe verū filiū dei. q̄ cum p̄re ꝛ ſpūſctō vnus deus exiſtēs. ſua admirabili potentia fecit talia. q̄rū ratonē hūana ratio inueſtigare nō potuit. Ad h̄ igit oñdendū xps accepit panes. ꝛ cū gr̄as egiſſet diſtribuit diſcūbentib⁹. In q̄b⁹ v̄bis tria dicunt de xpo que hoc ſacro tpe cuilibet vere penitenti ꝑmaxime ſunt neceſſaria ad ſalutem. Primo enī dicit ꝙ xps accepit panes. Scdo gr̄as egit. Tertio diſtribuit. In acceptione panū notatur ei⁹ hūilitas. q̄ cū potuiſſet nouos panes creare ꝑ oīpotentiā. voluit tñ p̄exiſtentes ꝛ paratos accipe ad oñdendā humilitatē. In actione gratiaꝝ notatur ei⁹ deuotio. q̄ ad deū oīa referebat. In diſtributione panuꝫ notat eius liberalitas q̄ cunctis ad vota miniſtrabat. ꝛ vnicuiqꝫ iuxta deſideriuꝫ ſuum ꝓuidebat. Que tria q̄libet penitēs debet h̄re. Nā p̄mo ꝓpter hoc ꝙ exiuit iā de ſtatu culpe ad ſtatū gr̄e. ꝛ de filio diaboli fact⁹ eſt fili⁹ dei. debet eſſe hūilis ꝛ pauidus coram deo. ne de accepta gr̄a ſupbiat ꝛ infletur. Scdo ꝓpter hoc ꝙ a deo m̄lta bona recepit ꝛ amiſſa recupauit. debet eſſe deuot⁹ et ſedul⁹ vt gr̄as ꝓ omnib⁹ agat. Tertio ꝓpter h̄ vt penā tranſitoriā ꝛ ſatiſfactoriā in ↄfeſſione ſibi iniunctā redimat. debet eſſe liberalis vt bona ſua egenis diſtribuat. Sicqꝫ p̄tꝫ ꝙ in his trib⁹ xpm debet imitari. (a)

**Dixi p̄mo** ꝙ in verbis p̄miſſis tangit mira ſaluatoris hūilitas ꝑ quā penitentē inſtruit. vt ſit corā deo pauidus ꝛ hūilis ne de accepta gr̄a ſupbiat. in h̄ ꝙ panes accepit. Magna hūilitas xpi qui cū in forma dei eēt nō rapinā arbitrat⁹ eſt ſe eſſe equalē deo ſed exinaniuit ſemetipm. formā ſerui accipiens ꝛ habitu inuētus vt hō. Ad Phil. ij. Cum eſſet eiuſdē potentie cū p̄re. portans oīa verbo v̄tutis ſue ꝑ quē deus p̄r fecit et ſecula. vt dr ad Heb. j. imo cum eſſet ille qui oīa q̄cunqꝫ voluit fecit in celo ꝛ in terra in mari ꝛ in oīb⁹ abiſſis. ꝛ q̄ dixit ꝛ facta ſūt omnia. Iſte talis ac tantus accepit panes ad reficiendum turbas. quas potuit ſolo nutu ſatiare. Ad quid autē hoc fecerit niſi ad inſtruendū nos vt in omnib⁹ hūiles ſimus. Unde Aug⁹. in lib. de verbis dñi dicit in ꝑſona xpi. Diſcite a me. nō mundū fabricare. nō cūcta viſibilia ꝛ inuiſibilia creare. nō in ipo mundo mirabilia facere ꝛ mortuos ſuſcitare. Sed q̄m mitis ſum et humilis corde. Cogitas magnam cōſtruere

fabricam celſitudinis. de fundamēto ꝑus
cogita hūilitatis. Hec Aug⁹. Et licet cui/
libet homini ſemꝑ de hūilitate ꝓuidendū
eſt. eo ꝙ hūilitas in oībꝫ hominibꝫ valde
eſt ſpectabilis. Nā vt dicit Valeri⁹ eps in
quodā ſermone. humilitas in pauꝑe gra/
ta eſt. in diuite glioſa. tñ homini penitenti
maxime ē neceſſaria. pſertim iſto ſacro tpe
ꝗ homo de peccatꝭ veniā accepit in ꝯfeſſio
ne. ⁊ tendit ad virtutū recollectionē ⁊ pſti/
nā reſtaurationē. circa ꝗ duo maxime ſibi
eſt timendū niſi habuerit hūilitatē. Pro ꝗ
ſciendū ꝙ humilitas tria bona facit peni/
tenti. Primo eni hūilitas oīa vicia compri
mit ne reſurgāt. Scđo oēs virtutes perdi
tas acq̄rit ⁊ reſtaurat. Tertio reſtauratas
cuſtodit. De pmo dicit Aug⁹. in li. de vbis
dñi. ꝙ hūilitas ē ſicut medicina oībꝫ cōſu/
lens. Ipa eni oīa tumētia ⁊ ſupba cōpri
mit. oīa tabeſcentia ⁊ infirma ſeu fragi/
lia in hoīe reficit. oīa ſupflua reſecat. oīa
deprauata corrigit. Que eni ſupbia ſanari
pt. ſi hūilitate filij dei nō ſanatꝰ. ꝗ iracūdia
ſanari pt. ſi patiā filij dei nō ſanatur. Hec
Auguſ. Ecce ſm dicta iſti⁹ ſancti hūilitas
cōprimit vicia ne reſurgāt. ⁊ maxime deꝓ/
mit ſupbiā. ne mens hoīs de cetero eleue
tur ꝯtra deū. Refert phs in li. de aīalibus
ꝙ ceruus intrās ſiluaꝫ deꝓmit cornua et
incuruatꝰ ne ꝑ ramos arboꝝ in curſu retra
hatur ⁊ retardetꝰ. Sic debet facere peni/
tens. ꝗ hodie intrat ſiluā ⁊ ſolitudinē pnīe
vt deponat cornua ſupbie. ne ꝑ eā retraha
tur ⁊ retardetꝰ a ſalute ſua. Vñ Ps. cōſulit
pctōribꝫ di. Dixi iniq̄s. nolite inique agere
⁊ delinquētibꝫ nolite exaltare cornu. Ps.
lxxiiij. Iſtud maxime tangit penitentes il
los qui ꝓ eo ꝙ iam mala de quibꝫ penitent
nō agūt. magne reputationis ſe reputant.
Vñ eis dr. Nolite exaltare cornu. Qđ ex/
ponit Inno. Nolite exaltare cornu. ꝑ ſup/
biam. dicēdo vos in h̄ eſſe iuſtos. qꝛ pecca
ta nō cōmittitꝭ. dicētes cū ſupbo phariſeo
Lu. xviij. nō ſum ſicut ceteri hoīm. rapto/
res. iniuſti. Nō eni ſufficit declinare a ma/
lo. niſi etiā fiat bonū. ideo ꝗ declinat a ma/
lo ⁊ tñ bonū obmittit. non debet exaltare
cornu. pſumendo aut defendēdo ſe. qꝛ tali
bus dicetꝰ. Eſuriui ⁊ nō dediſtis mihi mā/
ducare. Ite maledicti. Hec Inno. De tri/
bus aūt ſolet hō penitens gliari ⁊ ſupbire
ꝗ neceſſe eſt repmi ꝑ humilitatē. ſcꝫ de ge/

neris nobilitate. de mortis ꝯtemptu. ⁊ de
vite ſanctitate. Credit eni ꝙ ꝑ hec tria poſ/
ſit in celū aſcendere. qꝛ nobilis dei creatu/
ra quā impoſſibile ē a deo dānari cū ſit ei⁹
imago. Scđo qꝛ credit ſe ita fortē ꝙ etiaꝫ
mortē pro xpo ſuſciꝑet. ⁊ ſicut ſtrēnu⁹ mi/
les eam nō timeret. Tertio qꝛ etiā multa ꝑ
abſtinentiā ⁊ ſanctitatē ſuā ꝓmeruit. Iſta
tria tangit Ps. dicēs. Dixi iniq̄s nolite ex/
tollere in altū cornu vrm. i. nolite ſupbire.
quia neqꝫ ab oriente. i. a generis nobilita
te ſupbire debetis. neqꝫ ab occidente. i. a
ꝯtemptu mortis. neqꝫ a deſertis montibꝫ
id eſt. a ſanctitate ⁊ abſtinentia. Et ſeq̄tur
medicamentū humilitatis quibꝫ iſta oīa
cōprimuntꝰ. Qm̄ deus iudex eſt. qui ſm in
nocentiā nobilioꝛ ſtrēnuioꝛ ⁊ ſanctioꝛ. ⁊ tñ
non fuit ſupbus. ſed hūiliauit ſemetipm
vſqꝫ ad crucis ignominiā. Et certe iſta ver
ba ſatis oñdunt cuilibet vere penitenti q̄n
tum humiliari debet. cū nō habeat mate/
riam ſupbiendi ex tota vita ſua. qꝛ nec a pn
cipio. nec a fine. nec a medio. habet aūt ſuf/
ficientē materiā ex oībꝫ iſtis hūilitatis.
ſi velit aduertere. Vñ ſm Inno. q̄rtū ſen/
ſus eſt. nō debetis ſupbire. qꝛ nihil habetꝭ
in vobis vnde ſuperbire poſſitis. ſꝫ tñ hu
militatis materiā in vobis inuenire pote/
ſtis. qꝛ neqꝫ ab oriente. i. a pncipio vite vr̄e.
neqꝫ ab occidente. i. a fine. neqꝫ a deſertis
montibꝫ. i. a tota vita vr̄a ſcꝫ poteſtis ſup/
bire. ſed magis humiliari. Per deſertos
montes qui cū magna difficultate coluntꝰ.
⁊ vix bonum fructū faciunt. de facili auteꝫ
ſpinas ⁊ tribulos afferunt. bene ſignificatꝰ
vita hoīs que cū magna difficultate ad
bonum trahitur. de facili autē ad malum.
Vnō de his tribꝫ dicitꝰ Iob. xiiij. Homo
natus de muliere. Ecce principium vile.
Breui viuens tpe. Ecce finis terribil'. Re/
pletur multis miſerijs. Ecce mediū miſe/
rabile. De his ergo nō poteſt ſupbire. Vñ
Innocen. terti⁹ de vilitate humane condi
tionis. Vnde ſuperbit homo cui⁹ ꝯceptio
culpa. naſci pena. laboꝛ vita. neceſſe mori.
ne ergo extollat cornu. maxime qm̄ de⁹ iu
dex eſt. qui ſuperbos humiliat. Sic ꝫ pa/
tet primū quomō humilitas hominē a ma
lo retrahit. De ſcđo quō humilitas oēs
virtutes in hoīe reparat ⁊ reſtaurat. Eſt
eni humilitas in virtutibꝫ ſicut radix in ar
boribus. que ſi ſana fuerit. ſpes ē bona de



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ramorū fructificatione. Sic ſi humilitas
pfecta fuerit in homīe. oīa fructificabūt
opera virtutū que prius mortua fuerunt.
Recte ſicut poſt mortificationē radicis in
hieme. ſupueniente vere reſtituit̄ pulchri/
tudo ⁊ decor ramorū et ſpes eſt de fructu.
Sic recuperata humilitate oīa recupe/
rant̄ ⁊ reuiuiſcūt in penitente que non poſ
ſent reuiuiſcere ex ſe ſine hūilitate q̄ſi ſine
radice. Vñ dicit Grego. xxvij. li. moraliū.
Origo ṽtutis hūilitas eſt. veraciter illa in
nobis pullulāt q̄ in radice ꝓpria. i. hūilitate
perdurāt. a qua nimirū ſi abſcidit̄ areſcit
Hec Grego. Et hec ē ratio ſm̄ Gre. Quia
omniū virtutū incrementū eſt a caritate q̄ ̄
ab humore viuificāte. Qui humor ſi deb3
diffundi in ramos ſurſum. ꝑus oportet eē
in radice deorſum. Qui ergo hūilitatē ha/
bet. habet pariter ⁊ caritatem. qua habita
oīa rehabent̄. q2 oīa bona reuiuūt cū
illa. ⁊ q̄ ad hoc ſcz ad humorē viuificantē
q̄ eſt in hūilitate. Aug. ſup Joh. Omel. viij
de pe. di. ij. Radix. dicit caritatē etiā eē ra/
dicem omniū bonoꝝ. que tñ ſine hūilitate
nō poteſt eſſe. q2 hūilitas eſt ꝓprius loc⁹ ca
ritatis. De tertio quō hūilitas oēs ṽtu/
tes i ṽe penitēte cuſtodit. Dicit Hiero. ſup
Math. xix. ca. Hūilitas eſt ↄſeruatrix cu/
ſtoſq3 virtutū. ⁊ nihil eſt qđ ita deo gratum
faciat hoīem ⁊ hoīb⁹ q̄3 ſi vite merito ñ ma
gni ſed hūilitate eē infirmi videant̄. Mul
tum g̃ debet penitens ſolicitari de hūilita
te. ne bona q̄ agit ſine ea amittat. Dicit eñi
Grego. Omel. vij. Qui ſine hūilitate ṽtu/
tes ↄgregat. in ventū puluerē portat. Et
viij. li. moral. idem dicit. Perit oē q̄d agi
tur ſi nō hūilitate cuſtodit̄. Ex his oīb⁹
pz q̄ ſūma nr̄e pfectiōis. in hūilitate cōſi/
ſtit. Vñ dicit Hugo li. iij. de clauſtro aīe
q̄ ipa eſt inter ṽtutes ſicut mel int̄ appote/
carias ſpecies. Sicut eñi mel cōcordat cū
oīb⁹ ſpeciēb⁹ ↄfectionib⁹ medicine. Ita
ex hūilitatis dulcedine ↄdiunt̄ oīa gene
ra virtutū. Et ex h̄ ↄſequēter pz q̄ nō po/
teſt quis vere dici pfectus qui hac virtute
ꝑuatus eſt. Ita dicit Caſſiodo. ſuper illud
Pſ. Humiliat⁹ ſum vſq3quaq3. Per hanc
eñi ſm̄ ipm̄ mēbra xpi ſciunt diaboli vici/
ſe ſuperbiā. Per hanc fideles ſup regna p/
ficiunt. Per hanc ſupbia tyrānica ſuperat̄.
Per hanc in eternū martyres coronātur.
Quiſq3 ergo digne penitere ſe dicit. dili/
genter attendat vt humilitatē habere ſtu
deat. quatinus ⁊ mala preterita cōprime/
re ⁊ bona perdita reſtaurare ⁊ ea cōſerua/
re poſſit.

B

¶ Dixi ſecūdo q̄ in verbis pre/
miſſis tangit̄ no
ſtri ſaluatoris grāꝝactio ꝑ quā nos ad de
uotionē ⁊ diuine laudis confeſſionē info
mat. Et certe neceſſitas magna incumbit
homini vt reddat altiſſimo grās. ex quo vi
det dei filiū agere grās deo pr̄i. Sic ei gra/
tias agit deo pr̄i ↄſubſtātialis ei⁹ filius q̄
oīa bona oīb⁹ largit̄ ⁊ q̄ exiſtēs plenus
grā ⁊ veritate oībus dat dona grāꝝ. cū in
ipo ſint oēs theſauri ſapie ⁊ ſcientie dei.
q̄nto magis hō paup ⁊ mendic⁹ et ꝑ oīa
in ſe defectuoſus. merito debet grās age
re ꝑ oīb⁹ beneficijs ſibi a deo p̄ſtitis. Cir
ca qđ ſciendū de trib⁹. ſcz de grāꝝactionis
neceſſitate. Scđo de ipaꝝ vtilitate. Ter/
tio de eaꝝ q̄litate. De ꝑmo. ſ. de neceſſita
te grāꝝactiōis pz. q̄ ex triplici genere cre/
aturarū inducit̄ homo ad reddendū grās
deo ſcz ex genere creaturaꝝ q̄ ſolū habent
eſſe nature. Scđo ex genere illaꝝ q̄ habēt
eſſe nature ⁊ grē. Tertio ex genere earū q̄
habent eſſe nature grē ⁊ glie. Primū para
nā creature hñtes eſſe nature tm̄. non ceſ
ſant laudare deū ⁊ ſibi grās agere. ꝑ ꝑpn̄
eo q̄ oīs ſpūs laudat dñm. Vñ Dan. iij
inducunt̄ creature terreſtres. aqtice. aeree
ignee. ſimplices. mixte. ſicut ſunt aq̄. volu/
cres celi. piſces maris. ignis. grando. nix.
glacies. frigus. eſtas. ſol. luna. ⁊ ſtelle. ſpē
tes ⁊ volucres pennate. ⁊ vniuerſa germi/
nantia in terra. Hec eñi oīa bñdicūt dño.
ſuo mō. ⁊ faciūt homī ſeipas materiā bñdi
cendi ⁊ laudādi deū ꝑ tantis bñficijs ipī
homini a deo in iſtis creaturis exhibitis. Vñ
Seneca dicit Epl̄a. lxxxij. hanc eſſe iuſti/
ciā naturalē ſm̄ quā ↄuenit vnicuiq3 qđ ſu
um ē reddere. ſ. bñficio grāz. Et certe in h̄
creature irrationales inueniunt̄ multis ho
minib⁹ meliores. q2 ille nō negligūt hāc iu
ſticiā. hō autē nō curat. Dicit eñi Seneca
q̄ agri fertiles nō negligūt hanc iuſticiā.
q̄ multo pl⁹ reddūt q̄3 acceperūt. Sig iu
ſenſata reddūt grās. Certe magis homo ne
ceſſitatur exemplo eorum ad idem facien/
dum. maxime cum omnia bona a deo con
ſtat hominem habere. Unde omnis pro/
fectus ad diuinitatis numen referendus

eſt. Quia vt dic̄ Caſ. in q̄dā ep̄l'a. Nihil cō
ſtat eſſe bonū niſi qđ ab ip̄o dinoſcit̄ eē col
latū. Scđo idem p̄z ex genere creaturaꝝ
q̄ h̄nt eſſe nature ⁊ grē. vt fuerunt ſcī viri.
p̄triarche. ꝓphe. ap̄li. ꝯfeſſores. martyres. v/
gines. vidue. oēſq̄ ſancti. q̄ dū viuerent in
terr̄. ꝓ oibꝫ bonis gratuit̄ a deo ipis colla
tis maxias grās agebant. Vñ q̄dā ipoꝝ
offerebāt dona ⁊ ſacrificia. oblatiōes. deci
mas ⁊ holocauſta. Quidā vocibꝫ in celum
dei bonitatē extollebāt. cantātes ⁊ pſallē
tes in cordibꝫ ſuis dño. Quidā eum dato/
rē largifluū alijs p̄dicabāt. Vñ ille bñ gra
tus fuit q̄ dixit. repleat̄ os meum laude. vt
cantem gl'iā tuā. tota die magnitudinem
tuā. Tertio idē p̄z ex genere creaturarū. q̄
habent eſſe nature grē ⁊ gl'ie. vt ſunt ange/
li beati ⁊ aīe ſc̄tōꝝ in celo. De q̄bꝫ đr i Pš.
Beati q̄ habitāt in domo tua dñe. in ſecu/
la ſeculoꝝ laudabūt te. Inno. exponit. In
domo illa celeſti. nō manufacta. in ſecl'a ſe
culoꝝ. i. in eternū laudabūt te. i. grās agēt
ꝓpter beneficia a te collata. ⁊ ꝓpter tuā boni
tatem. In pš. Laudate dñm q̄m bonꝰ eſt.
De illa domo đr Iſa. lj. Gaudiū ⁊ leticia
inuenief̄ in ea. grāꝝ actio ⁊ vox laudis. Et
Apocal. iiij. dicit̄. Q2 ſancti requiem die ac
nocte nō habent dicēdo. Sanctꝰ. ſ. ſ. q̄ erat
⁊ q̄ eſt et q̄ venturꝰ eſt. Si igit̄ in omi loco
dñationis eiꝰ benedicit̄ deus. vt đr in Pš.
cij. eo q2 ſm̄ Inno. Vbiq̄ terraꝝ vbiq̄ cre
aturaꝝ effluit largitas ſue bonitat̄. Quid
facit miſer hō ſi nō laudat deū q̄ adhuc po
ſitus eſt i loco horroris ⁊ vaſte ſolitudinis
cum videat ſc̄tōs angelos laudare eū in lo
co voluptatis. O ſi illi laudant q̄ tñ ita ſe/
curi ſunt de gloria vt eā nullatenꝰ amitte/
re poſſint. quare nō laudat homo q̄ neſcit
an odio vel amore dignus ſit Eccs. ix. Vt
q̄nq̄ ꝑuenire ad gloriā de miſeria poſſit.

¶ Sed di. ⁊ quid mirū domine ſi deꝰ lau
datur ab alijs quibꝫ multa bona fecit ⁊ fa/
cit. Ego autē qui ſemꝑ miſeriam patior in
hac vita. ꝓ quo ei gratias agere debeo. Ad
quod reſpondeo. Q2 nō mirum q2 gratias
non agis ex quo dona tibi a deo data non
ſentis vel nō intelligis. Natura porcorum
eſt q2 non eleuant caput ſurſum vt videant
quercum. ſed tñ glandem deorſum conſi/
derant. Neſciunt enim glandeꝫ cadere de
arbore. ſed credūt in terra generari. Sic
tales quia neſciūt a deo omnia eis deſcen/
dere ideo non referunt gratias. Vnđ mul
ti dicunt. Quis oſtēdit nobis bona. Dicit
enim Caſſiodo. in quadaꝫ Epiſtola. Qui
quāta ſibi grā collata ſit nō intelligit vl' ne
ſcit quātas largitori gratias debeat. nō in
telligit nec enim poteſt quis plene intelli/
gere quod accepit niſi meminerit quid an
te meruerit. Hec ille. Et ex hoc concludit
Seneca Epiſtola. lxxxij. Q2 nemo ſcit rē/
ferre gratias niſi ſapiens. eo q2 ip̄e omnia
examinat ſecum. quid accipit. quādo. vbi.
⁊ quēadmodū. Patet ergo ſolutio dubij.
de quo queritur q2 chriſtianus non agens
gratias deo nō facit h̄ niſi ex ſtulticia ſua
maxima. Qui ſi eſſet ſapiens ſciret et vellet
eas referre. ¶ Sed di. Domine ego liben
ter ſcirem ⁊ addiſcerē iſtam ſapientiā qua
deo gratias ſcirem referre. Ad quod ego
reſpondeo. Q2 iſta ſapientia faciliter acqui
ritur ſi oculus mentis noſtre ad diuia be/
neficia conuertatur. De quibus Pš. pſal/
mo. cij. ſic enumerans ea dicit. Benedic
anima mea domino. et omnia que ītra me
ſunt nomini ſancto eius. ⁊ ſequit̄. Benedic
anima mea domino. ⁊ noli obliuiſci om̄es
retributiōes eiꝰ. Quaſi di. Si alia nō eſ/
ſent ſufficeret hoc q2 ipſe retribuit tibi bo/
na ꝓ malis. Cogita ergo q2 male facis ⁊ fe/
ceris et inde videbis retributōes dei. qui
te nō damnauit ſed ad penitentiā vocauit
et expectauit. et m'lta bona tibi tribuit. Re
tributiones etiā dicit. id eſt iteratas et fre/
quentes donationes ⁊ condonatōes. has
ergo non debemus obliuiſci Iſaie. xliiij.
in fine. Nō obliuiſcaris mei. Deleui enim
vt nubem iniquitates tuas. ⁊ quaſi nebu/
lam peccata tua. Et enumerat ibi Pſalmi
ſta ſex magna beneficia. pro quibꝫ hō ma/
xime deberet gratias agere. Primum eſt
venia peccatorū. Unde quo ad hoc dicit.
Qui propiciatur omnibꝫ iniquitatibꝫ tu/
is Iſa. xliij. Ego ſum. ego ſum ip̄e qui de/
leo iniquitates tuas propter me. ⁊ peccato
rum tuorū nō recordabor. Bene dicit om
nibus. quia ſimul dimittuntur om̄ia. Vn
de Michee vltimo dicitur. Deponet ini/
quitates noſtras et proiciet in profundū
maris omnia peccata noſtra. Mare eſt pe
nitentia in quo ſubmerguntur egyptij. id
eſt peccata ⁊ demones. Pctm̄ duo mala fa
cit. Vnū eſt qđ obligat ad penam eternaꝫ.
Scđm ē q2 vulnerat ⁊ debilitat aīaꝫ. vt īu

potens ſit ad bonū. Vñ nō ſufficit vt pena
dimittatur niſi ⁊ vulnꝰ curet. Ideo deus
ſcōm bñficiū homini oñdit in h̄ ꝙ ſanat et
curat aīe vulnera. De q̄bꝫ ſeq̄tur. Qui ſa
nat oēs infirmitates tuas Luc. x. Alliga
uit vulnera eiꝰ. Sed q̄d ē ꝙ ſanat oēs in
firmitates. Cum apl'us dicat. ij. Cor. xij.
Quia ṽtus in infirmitate pficit. Solutio
Loq̄tur h̄ de aīa et de infirmitatibꝫ aīe
q̄s dñs ſanat. licet non ſanet infirmitates
carnis in q̄bꝫ virtꝰ pficit. Dicit aūt oēs in
firmitates. qꝛ multe ſunt infirmitates aīe.
Auaricia eni eſt q̄ſi ydropiſis. Ira febris.
Supbia apoſtema. Hereſis lepra. Gula
boliſmꝰ. Luxuria gomorra. tiſis inuidia.
Has ḡ oēs infirmitates ſanat dñs ī ſer
uis ſuis maxīe hoc ſacro tpe q̄dragesima
li p ſacr̄m pnīe. Tertiū donū eſt ꝙ nō ſolū
ſanat infirmū peccōrem. ſed ſuſcitat euꝫ q̄ſi
mortuū. ideo addit. Qui redimit de inte
ritu vitā tuā. ſ. pcio ſanguinis ſui. Eccl. xx.
Eſt q̄ multa redimat modico pcio. ſcꝫ xp̄s
ſanguine ſuo. Sed nūq̄d xp̄i ſanguis mo
dicū eſt preciū. Solutio. modicū q̄ntitate
magnū valore. j. Cor. vi. Empti eſtis pcio
magno. j. Pe. j. Nō corruptibilibꝫ auro aut
argento empti eſtis ſed precioſo ſanguine
agni. Quartū donū eſt coronatio. de q̄ ſeq̄
tur. Qui coronat te in miſcdia ⁊ miſeratio
nibꝫ. ſ. p victoria quā habes expugna. Sꝫ
di. tñ apl's dicit. ꝙ corona nr̄a ē ex iuſticia.
ij. Thimo. vlt. Repoſita ē mihi corona iu
ſticie. Solutio. miſcdia ē ꝙ dñs pmiſit. iu
ſticia ꝙ reddit. Innoc. aūt dicit ꝙ iō dr̄ co
rona miſcdie. qꝛ licet meritis reddat. tñ ex
maxima miſcdia dei eſt ꝙ ipſe dat grām. q̄
eſt fundamentū meriti. ⁊ ſm̄ h̄ iſtud donū
eſt grē collatio. Quintū donū ē adimple
tio deſideriorū. Vñ ſeq̄tur. Qui replet in
bonis deſideriū tuū. Prouer. x. Deſideriū
ſuum iuſtꝭ dabit. Quid aūt deſiderat aīa
iuſti vel q̄ replebitur. Certe ipō deo. Quia
dicit Aug. Animā dei capacē nihil minus
deo implere pōt. Prouer. xi. Deſideriū iu
ſtorū oē bonū eſt. i. deus. ⁊ ſm̄ hoc iſtud
donū eſt precū exauditio. Et notant dicit.
Replet in bonis. qñ ſcꝫ bona deſiderātur.
Nam cū bona nō ſunt nō adimplet deſide
riū. Vñ Luc. ix. Petentibꝫ vltionez diſci
pulis. dictū eſt. Neſcitꝭ cuiꝰ ſpūs eſtꝭ. Sex
tum eſt mētis renouatio. Vñ ſeq̄tur. Re
nouabitur vt aq̄le iuuētus tua. Sicut ei
dicit glo. natura aq̄le eſt ꝙ cū ſeneſcit ha
bet roſtrū durū ⁊ ponderoſum. ⁊ ita nō pōt
comedere. ſed hanc duriciaꝫ deponit. alli
dendo roſtrū ad petrā. Hoc faciet deꝰ aīe.
qñ depoſita ponderoſitate corpis eius in
morte ad guſtandū ſuā dulcedinē eam ele
uabit. Facit hoc ⁊ in pñti vita p grām. per
quā depoſita vetuſtate culpe renouat eaꝫ
in ſpiritu mētis. vt dr̄ Eph. iiij. vt ſic in no
uitate vite ambulet Rom. vi. j. Reg. x. Mu
taberis in virū alium. Sunt ⁊ alia plura
bñficia que ibidem enumerat di. Miſeri
cors ⁊ miſerator dñs. longanimis. ſ. p pa
tientiā. ⁊ multū miſericors ſcꝫ expectando
ꝯuerſionē. nō in ppetuū iraſcetur. neqꝫ in e
ternū cōminabitur. q. d. nō vlciſcetur in fu
turo ſed in pñti. q̄d ſm̄ Gre. fit ex miſcdia.
nō ſm̄ pctā noſtra fecit nobis. i. nō tm̄ ver
berat in pñti q̄ntuꝫ meruimus. neqꝫ ſm̄
iniq̄tates nr̄as retribuit nobis. qꝛ cuꝫ ma
gna flagella deberet retribuere p magnis
peccatis. parua ⁊ pauca retribuit Job. xx
xiij. Vt eram dignus nō recepi. Maxime
aūt in hoc miſeret. qꝛ fugat longe a nobis
pctā. Vñ dr̄. Scōm altitudinē celi a ter
ra corroborauit miſcdiam ſuā ſup timētes ſe.
Quantū diſtat ortus ab occidente. longe
fecit a nobis iniq̄tates nr̄as. Sup oīa
iſta deus dr̄ miſericors maxime. qꝛ oīa bo
mini facit gratis. Vñ ſequit. Quō miſere
tur pater filiorꝫ. ſ. gratis Pater eni miſere
tur filiorꝫ. nutriendo eos. neceſſaria mini
ſtrando. docēdo. caſtigando. Sic miſertꝰ
eſt dñs timētibꝫ ſe. Ecce q̄nta beneficia de
berēt hoīem ſemp mouere ad grāꝫ actiōes
deo reddēdas. Maxime tñ h̄ ſacro tpe in
quo pter bona naturalia ⁊ fortuita hoīe
maxia bona grē in remiſſiōe pctōꝫ ſecūdū
ſunt collata. Reſtat videre de ſcdo. ſ. de vti
litate grāꝫ actiōis. Eſt aūt vtilitas vtili
ter pl'es iſta ꝙ hō grās agens de paruis
meret recipe magna. iuxta illud Caſſ. lib.
iiij. epl'a. Inuitat ad maḡ q̄ gratāt ſuſcipit
modica. ⁊ ſpē d futurꝭ accipit q̄ tranſacta be
neficia recognoſcit. Hec ille. Vñ Ber. ſup
Cant. ſmōe. xiij. ponit exēplū. Q. ſic aque
oēs iō intrāt mare vt iterꝫ fluāt. ita hō de
bet referre oīa bona in deū. vt iterum de
iterū ab eo accipiat eadem vel maiora. De
tertio ſcꝫ de qualitate grārū actiōis q̄les
debēt eſſe ſciēdū ꝙ grās debēꝰ agere q̄tuor
modis. Primo deuote ⁊ iocunde ⁊ merito

iocunde. q𝔷 ſine merito dant̃ nobis benefi
cia dei. iuxta illud. Gr̃a dei ſum id qđ ſum
Scđo magnifice. q𝔷 magna dant̃ nob. ij.
Macha. j. De magnis piculis a deo libe/
rati magnifice gr̃as agimus. Talis ille fu
it q̃ dicit. Magnificate dñm mecũ. Inno
cen. i. laudando ⁊ p̃dicando eũ magnũ an/
nunciate. Tertio aſſidue q𝔷 ꝯtinue benefi
cia ipendunt̃ nobis Eph. v. Gr̃as agẽtes
ſp̃ de oib𝔷 et p oib𝔷. Quarto integre. q𝔷 oĩa
ſunt bona ⁊ integra q̃ dant̃ nobis. j. Theſ.
v. In oib𝔷 gr̃as agite. Quinto ꝯſtanter. ſcȝ
tam in pſperis q̃ʒ in aduerſis. Vñ Augu.
ſup illud Pſ̃. Repleat̃ os meũ laude. dicit
ꝙ tota die. i. ſine intermiſſione laudare in
pſperis q𝔷 cõſolaris. in aduerſis q𝔷 corri
geris. Et Criſ. in tractatu de ſymbolo di
cit. Si venerint mala bñdicite vt diſſoluã
tur mala. Si pſpera venerint bñdicite vt
pſeuerent proſpera.

Dixi tertio ꝙ in v̄bis p̃miſſis
deſcribit̃ ſaluato/
ris nr̃i panũ diſtributio. p quaȝ nos ad li/
beralitatem largitiõis elemoſinaꝝ iſto ſa
cro tp̃e informat. Licet eñi multa ſint in/
ducentia iſto ſacro tp̃e ad largitõnẽ elemo
ſinaꝝ. tam ꝓphetica q̃ʒ ap̃lica ſcripta. tñ ma
xime exemplũ xp̃i mouere nos debet ad h̃
faciendũ. Qui diſtribuit panes eſuriẽtib𝔷
turbis. cõpaſſus miſerie eoꝝ. Vñ iſta dñi/
ca vocatur dñica panũ ad ſignificãdum ꝙ
nos debem⁹ nr̃m panẽ frangere eſuriẽtib𝔷
⁊ eoꝝ eſuriem ſatiare. ſi volumus ſatiari a
deo cũ apparuerit gl̃ia ſua. maxime cũ ele/
moſine nr̄e ſint ſatiſfactorie p peccatis no
ſtris. Vñ Dañ. iiij. dicit̃. Peccata tua ele/
moſinis redime. Et Luc. xij. dr̃. Date ele/
moſinaȝ ⁊ omĩa munda ſunt vobis. Pro q̃
ſciendũ ꝙ homo inducit̃ ad faciendũ ele/
moſinã iſto ſacro tp̃e ex trib𝔷. ſcȝ ſi conſide/
ret quis petit eam. p quo petit. ⁊ ad qđ pe/
tit. Primo igit̃ ꝯſideret qs petit eaȝ. q𝔷 de
us. p cuius amoꝛe petit eã mendicus. De/
us eñi intantũ diligit paupes ꝙ quicqđ fit
eis ꝓpter amoꝛẽ ſuum reputat ſibi factum
Unde Math. xxv. dr̃. Q𝔷 vni ex minimis
meis feciſtis. mihi feciſtis. Petit igit̃ de⁹ ele
moſinã p pauperẽ ſuum a quo diues petit
qñq𝔷 regnũ. Et ideo cũ diues negat pau/
peri modicũ fruſtuȝ panis timere debet ꝙ
deus nõ audiet eũ cũ ab eo petet regnũ e/
terne felicitatis. Vñ Prouerb. xxi. dr̃. Qui
obturat aurem ſuã ad clamoꝛẽ pauperuȝ.
clamabit ip̃e et nõ exaudiet̃. Scđo debet
ꝯſiderare q̃d petit. q𝔷 petit nõ nr̃m ſed ſuũ
Quid eñi habes q̃d nõ accepiſti dic̃ Ap̃ls.
Et ideo valde ingrat⁹ eſt q̃ pauperi negat
modicã elemoſinã. cũ ip̃e habeat a deo ha/
bundantẽ menſam ſuã. Hinc dr̃. j. Paral.
xxix. Tua ſunt dñe oĩa. ⁊ q̃ de manu tua
accepimus dedim⁹ tibi. Tertio debet hõ
ꝯſiderare ad q̃d petit. deus eñi petit nõ ad
dandũ ſed mutuanduȝ. nec tñ ad duplas
ſed centuplas vſuras Math. xix. Centu
plũ accipiet̃. Et ideo valde ingrat⁹ eſt deo
q̃ ad tales vſuras non vult mutuare deo.
ad quas tñ mutuaret iudeo vel ſaraceno.
Vñ diues eſt ſicut mercatoꝛ q̃ non debet
vacuus redire domũ. ſȝ cũ lucro. lucꝝ aũt
diuitiaꝝ ẽ elemoſina. Ad h̃ eñi de⁹ dedit di
uitias alicui vt de eis miſereat̃ paupibus.
Alioq̃n tali mercatoꝛi inutili tollet̃ talentũ.
⁊ dabitur alteri melioꝛi. vt dr̃ Math. xxv.
Quia ſepe de⁹ tollit diuitias auarĩ. et dat
eas piĩs ⁊ cõpaſſiuis. O q̃nti mercatoꝛes
ſũt hodie in ſclo. diuites dico. q̃ ſtulte mer
cant̃. dãtes illis merces ſuas q̃ eis redde/
re nõ pñt i nundinis future gl̃ie. tales ſũt
multa dãtes hyſtrionib𝔷 p vana gl̃ia dila/
tanda. de q̃ tñ nihil iueniet̃ i futuro. Quia
de talibus dr̃ illud Math. v. Receperunt
mercedẽ ſuã. Nos igit̃ nõ ſic. ſȝ faciam⁹ no
bis amicos de mãmona iniq̃tatĩ. q̃ nos re
cipere poſſint in eterna tabernacl̃a tp̃e ne/
ceſſitatis. Ad q̃ nos ꝑducere ⁊c̃.

Dñica Judica. I. Sermo LIIII

SI veritatem di
co vobis q̄re vos nõ crediťs mi
hi. Joh. viij. Sicut dicit Aug.
in lib. de agone xp̃iano. Errat q̃ſq̃s ſe veri
tatẽ cognoſcere putat q̃ adhuc neq̃ter vi/
uit. Vult dicere Aug. ꝙ nullus mal⁹ effi/
caciter põt veritatẽ cognoſcere. Quid igit̃
mirũ ſi iudei mali exiſtentes in ſe. nõ pote/
rant v̄itatẽ a xp̃o dictã ⁊ factã cognoſcere.
nec ſuis opib𝔷 ⁊ ſ̃monib𝔷 credere. p̃ſertim
cũ ipi foꝛẽt ita ſupbi. ita inflati. vt omnem
in ſe ſufficientiã habere arbitrent̃. Vñ ſal
uatoꝛ eis ait. Quõ inq̃t poteſtis credere q̃
gloꝛiã ab inuicem accipitis. ⁊ gloꝛiã que a
ſolo deo eſt non q̃ritis. q. d. vana gl̃ia ⁊ ſu/
perbia vr̃a obſtat vobis ne credatĩ in me.
Hinc Aug⁹. de ſe dicit in li. ꝯfeſ. Quãdiu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN